Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ritanus es tu. et demonium habes.
Respondit eis ihesus. Ego demoni
um non habeo sed honorifico patrem
meum. et uos inhonorastis me. Ego
autem gloriam meam non quero. est qui
querat et iudicet. amen amen dico
uobis. si quis sermonem meum ser
uauerit mortem non gustabit me
ternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc
cognouimus quia demonium habes.
Abraham mortuus est et prophete.
et tu dicis. Si quis sermonem meum
seruauerit mortem non gustabit m
eternum. Nunquid tu maior es pa
tre nostro abraham qui mortuus est.
Et prophete mortui sunt. Quem
te ipsum facis. Respondit ihesus
Si ego glorifico me ipsum gloria mea
nichil est. Est pater meus qui glo
rificat me quem uos dicitis. quia
deus uester est. et non cognouistis
eum. Ego autem noui eum. et si dixero
quia non noui eum. ero similis uobis
mendax. Sed scio eum et sermonem
eius seruo. Abraham pater uester
exultauit ut uideret diem meum
uidit et gauisus est. Dixerunt ergo
iudei ad eum. Quinquaginta annos
nondum habes. et abraham uidisti.
Dixit ergo eis ihesus. amen amen
dico uobis. quia antequam abraham
fieret ego sum. Tulerunt ergo lapi
des iudei. ut iacerent in eum. Ihesus
autem abscondit se. exiuit de templo.

Et preteriens IX
uidit ihesus hominem ce
cum a natiuitate. et interro
gauerunt eum discipuli eius Rab
bi. quis peccauit. hic aut parentes
eius. ut cecus nasceretur. Respon
dit ihesus. Neque hic peccauit. neque
parentes eius. sed ut manifestare
tur opera dei in illo. Me oportet opa
ri opera eius qui misit me donec dies
est. Venit nox. quando nemo potest
operari. Quam diu in mundo sum.
lux sum mundi. Hec cum dixisset
exspuit in terram et fecit lutum ex
sputo. et linuit lutum super oculos
eius et dixit ei. Vade lauare in nata
toria syloe. quod interpretatur mis
sus. Abiit ergo et lauit et uenit vi
dens. Itaque uicini. et qui uiderant eum
prius. quia mendicus erat dicebant
Nonne hic est qui sedebat et men
dicabat. Alii autem dicebant quia hic
est. alii autem nequaquam. sed similis eius
est. Ille uero dicebat quia ego sum.
Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt
oculi tui. Respondit. Ille homo qui
dicitur ihesus lutum fecit et unxit
oculos meos et dixit michi. Vade ad
natatoria syloe et laua. Et abii et la
ui. et uidi. Et dixerunt ei. Vbi est ille.
Ait. Nescio. Adducunt illum ad pha
riseos qui cecus fuerat. Fuit autem
sabbatum quando lutum fecit ihe
sus et aperuit oculos eius. Iterum
ergo interrogauerunt eum pharisei. quo
modo uidisset. Ille autem dixit eis. lu
tum posuit michi super oculos. et laui
et uideo. Dicebant ergo quidam
ex phariseis. Non est hic homo a deo
qui sabbatum non custodit. Alii dice
bant. Quomodo potest homo peccator
hec signa facere. Et scisma erat

259